



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propugnaculum: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Ferdinandus III. n. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

verè p̄ij, verè Catholici Ferdinandi nouissima verba fuere: quibus quo esset in Deum, in Ecclesiam, in Societatem, in posteros animo, & qualem cuperet hereditatem suis filijs, vn̄am præ omnibus secure transmittere, ostendit liquido satis.

Iterum à
Cæsare
commen-
data.

AB EODEM: Qui Archiduci Ferdinando Ernesto speciali cura, ac ardentissimo illo amore, quo erga Societatem ferebatur hisce verbis commendauit. Imo vero: (inquit) Illam Tibi iterum, & etiam, atque etiam commendo: protegas illam non minus contra hostes apertos, quàm contra fictos amicos. Decursu enim temporis deprehendes, multos in eum Ordinem amorem iactare, qui non amant, tamen debere. Hæc tantus Imperator, ac pientissimus Cæsar, apud P. Bartholom. Guerrero in Corona sua gloriosa cap. 20. fol. 144.

Quàm fuerit
amata,
& estimata à Fer-
din. III.

7. A FERDINANDO III: In quem ipse sanguis integerrimi Patris, ipsa inuictissimi Cæsaris, ipse (sita loqui fas est) Ferdinandi II. genus transfusus. Sic eum instituit, nihil vt in Ferdinando III. Augusta, Austriacæ prole, Parentis Optimi, requiras. Perrexit ille amando, & protegendo Ecclesiam, tuendo etiam, atque defendendo Societatem. Homonna, Cassoua, alijsque locis agitati, pulsi, spoliati fueramus, damna tunc pientissimus Imperator reparauit: qui vt reliquas à maioribus virtutes, ita hereditarium in nos amorem hausit. Sic in Imag. 1. sæc. Soc. lib. 2. cap. 4. fol. 254. Et cum idem inuictissimus Cæsar laureatus triumphis à Nortlingana Victoria ad Augustam Vindellicorum Obsidione cingendam conuertetur, inter triumphis sui decora, hoc quoque non minimum esse censuit; quod Academiam istic prioribus ereptam possessoribus, curæ Societatis, fideique permitteret; Ita in Imag. 1. sæc. Soc. lib. 3. cap. 12. Orat. 5. fol. 439.